tum reddere ad maiora qz obedida propensiorem reddere cupientes
dedimus illi damusqz et conferimus Harum serie literarum vexilliſe:
ratum Galicien quem ad pnos Generosus Nicolaus Herborthowsky
vexilliser Galicien obtinet. qz primum illum per cessum. vel decess:
sum ipius nicolai vacare contigerit. tris nris. alijs quibuscumqz
si quas postea per oblionem pntis nre donacionis alium desuper
concesserimus minime obstantibus. quas nullum robur habere de:
bere volumus per pntes eundem vexilliferatum cum omni jure
omnibusqz illius attinencijs et proventibus nichil excipien per ipm
Generosum Matgiam wlodek tenend habend possidend pacifice et
et quiete. Quocirca vobis singlis singulis et generalis universis
terre et districtus Galicien incolis subditis nris quatenusqz dign
pditis mandamus quatenus mox post cessum vel decessum pfati Ni:
colai Herborthowsky de vexilliferato Galicien pdictum Matgia
wlodek et neminem alium pro vero et legittimo vexilliſero Gali
cien habeatis. illiqz de omnibus proventibus ad eius officium
ptinentibus respondeatis. et ab aliis quantum in vobis est rnderi fa:
ciatis et mandetis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
pntibus est appensum. Dat pyetrcouie in Comento generali. feria
tercia post festum purificacionis Marie Anno domini millesimo
quingentesimo trigesimo tercio. Regni vero nri Anno vigesimo septimo.

Ro Roncren in ecclia patris domini petri Epi
racouien. et Regni polonie vicecancellarij

700

Ratificacio mstripcionis ville pilawze.

Cigissimus dns etc. Significamus etc. Quia cum nonne Stephani Gadnk Cembatij ville nre pilawze in districtu latizowien consistent nobis declaratum esset nobilem Jredericum Calnioki emodem ville hmc testimentarium ipsam villam sibi Stephano Gadnk in summa octoginta flor coram Judicio latizowien inscripsisse et de illa sibi cendescendisse. consensu nro ad id minime mipetra: to. Supplicatumq nobis fuisset ipsius Stephani nomine vt huiusmodi inscripcionem et resignacionem dicte ville vt offertur factam ratam habere in illamq consentire. et eam admittere dignaremur, Nos ad intercessionem nonnullorum consiliariorum nrorum pro eodem Stephano factam. de certa sciencia et gracia nra regia inscrip: cionem et resignacionem ville dicte vt offertur coram Judicio latizowien absq nro consensu factam ratam et gratam haben admittimus in illamq consentimus ac ipsam approbamus et confirmavimus: prout admittimus consentimus approbamus et confirmamus per presentes volumusq ipsam robur firmitatis debite obtinere. non secus ac si in principio facta fuisset cum nro consensu dummodo per huiusmodi inscripcionem et resignacionem summe principalis in literis originalibus expresse non augeantur. per eumd Stephanum Gadnk villam eandem cum omni jure et dominio omnibusq attinenciis et proventibus ad eandem villam pertinentibus

mpta vim et tenorem hrarum originalium desuper concessarum
tenend habend possidend pacifice et quiete. necnon de nro ant nror
successorum consensu. dand denond. permittend. alienand. et in vsus
suos beneplacitos convertend. Juribus nris Regijs salvis remanentibus
Harum testimonio hrarum quibus in fidem sigillum nrum est appensum
Dat pisotconie in Commencione generali feria secunda post festum
Cancte Katherine virginis Anno domini millesimo quingentesimo trige-
simo tercio. Regni nri anno vigesimo septimo.

Ro

Reneren in xpo patris domini petri Epi
Cracomen et Regni polonie Vicecancellarij

Consensus redimendi Advocaciam in Labna.

Sigismundus etc. Significamus tenore. Quia nos certorum
Consiliatorum nrorum peticionibus pro Joanne de Borko
wo advocato nro sortis advocacie in villa nra Labna. ante op
pidum Colno sitt. factis benigne annuen. ac plenitudinem ad
vocatorum illius advocacie Tenutariorum explodere volentes
Consensimus et admisimus eidem. vt duos mansos eiusdem advo:

cacie seu alo totam sortem illius quam nobilis
Grunagh ab ꝑno possidet necnon et reliquas alias sortes advo-
cacie eiusdem de membris quarumcunque tenentarium illius re dum-
possit solute vigt ijsdem tenentibus summos pecuniarum in lite-
originalibus iuste et legittime expressis seu alo ex taxacione proveni-
tibus. Consentimusq et admittimus earum serie tenorum per eundem
Joannem de Borlowo dictam advocaciam seu sortes illius postquam red-
dita fuerit. cum omni jure et dominio. omnibusq aliis illius pertinen-
ad illam spectantibus nil excipiendo imo ea vim et tenorem literarum
originalium desuper concessarum. tenend habend. ulfruend possidend
pacifice et quiete. necnon de nro amt morum successorum consensu
dand donand. vendend. permutand alienand. et in usus beneplacitos
convertend prout sibi et eius successoribus melius et utilius visum
fuerit expedire. Juribus tamen nris Regijs salvis remanentibus.
In cuius testimonium tenorum quibus sigillum nrum est appensum
Datum Pisortcomitie in Comitatione generali. Feria feria tercia ante
festum Sancti Valentini proxima. Anno domini millesimo quin-
gentesimo trigesimo tercio. Regni vero nri anno vigesimo septimo.

Rex ad sup

Consensus redimendi advocaciam

Nijasth tomo.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos ad diligentem peticionem nonnullorum consiliariorum nostrorum pro Nobili Duca Krzewski apud nos facte consensimus et admisimus eidem vt totam Advocaciam ville nre Mjabtghowo in terra et districtu Lonzen consistentem vidz medietatem eius de manibus relicte olim Borntghe de Hartgoria et liberorum eius, Aliam vero medietatem eiusdem Advocacie de manibus vidue Stiborij olim Advocati in Mjabtghowe relicte, pueromq; suorum et aliorum quorumcunq; vis dicte Advocacie temporariorum redimere possit et valeat solutis summis pecuniarum in literis originalibus inde et legitime inscripte. Consentimusq; et admittimus per serie litterarum per eumdem Andream Krzewski dictam Advocaciam postq̃ illarum redemeret. Cum omni jure et dominio, omnibusq; eius utilitatibus at proventibus nichil excipiendo nostra vim et tenorem literarum originalium desuper concessarum tenendi habendi. vsufruendi possidendi pacifice et quiete. Necnon de nro aut nrorum successorum consensu, damdi donandi permutandum vendendi alienandi. et in suos successores vsus beneplacitos commutandi pront sibi melius et vtilius visum fuerit expedire. Juribus tamen nris Regalibus salvis remanentibus. Quarum testimonio litterarum quibus nr sigillum nrm est appensum. Dat Pyotrcovie in Commencione gnali feria tercia ante festum Sancti Valentini proxima Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni vero nri Anno vigesimo septimo.

Ro

Reneten in christo patris domini Petri dei gra Episcopi Cracomen et Regni Polonie Vicecancellarij

c 704

Decretum inter Georgium straus et matris sue defuncte creditores.

Sigismundus etc.

Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quia cum causa que vertebatur inter famatos Ulricum Hyper Joannem derberg et Georgium Landow nomine et plenipotencia pro Re. noldo pelsteth. Henricum Melman. et tutores olim pgilippi Angermunde et Rotgschalci Czimermani predecessorum omnes creditores et actores ab una. et Georgium ac Joannem Strusso fratres germanos reos et commentos ab altera partibus. racione certorum debitorum per matrem ipsorum Strussorum a predictos creditores et actores contractorum. primumq coram Judicio Scabinali Gedanen hincinde in loquum tracta et dedncta. et illic Sentencia diffinitiua in eadem causa pro actoribus lata fuisset. videlicet liceret ipsis creditoribus credita sua ex omnibus bonis pater. nis et maternis mobilibus et immobilibus repetere. ab qua Sentencia per ipsum Georgium Strussz ad Consulatum Civitatis nre Gedanen appellatum esset. qui consulatus revisis propositis et responsis parcium. Sententiam suam in hec verba tulit et pronunciauit quantum nos ex actis illis et ipsius cause dispositione fundamenta. liter intelligimus decernimus sententiam Scabinorum vestram esse

et robur habere quantum ad bona mobilia, que ad Georginum et Joannem
Otenssos post mortem patris eorundem devoluta sunt. attamen. reservan dictis
pueris jus sum ad bona immobilia sicut stantes simul que paterne sortis
ad eos fuere potuerunt. ex quo mulier post mortem mariti sui. et etiam ipsi
puerorum Tutores ptatem non habent puerorum immobilia bona. ut sunt
stantes hereditates. et iacen simul. sine speciali consensu et voluntate
Consulatus aut in pecunias redigere, aut aggravare. aut alienare. aquo
quidem sententia pro parte creditorum et actorum ad Consiliarios nostros
Terrarum primobie appellatum fuerat. In termino vero appellacionis com-
parentibus partibus coram Tutore Philippi Angermundt et Cottsalci
puerorum Ipsi Consiliarij viri revisis processibus prioris instancie
Sententiam Consulatus Cedamen approbaverunt. a qua tunc appellatum
non sit. Post passos vero aliquot dies Joannes Angermundt tanquam
Inter liberorum fratris sui Philippi Angermundt et Cottsalcus Ger-
mania coram Notis et testibus apud Magnificum Georgium a Baisen
Palatinum Mariembnrgen et Capitaneum Cneven. appellationem
interposuerant. cui idem palatinus detulit. atque ita per appellacionem
inter manus Ejusdem causa sit devoluta. Nos vero tamen si consta-
ret nobis illam eiusmodi applum de jure robur non habere. Nihilomi-
tamen ne pars appellans gravatam se putaret. acta priorum instanciam
diligenter revidimus. audivimus et expanina sumus. ac auditis
benego et debite ponderatis partium propositis et responsis. in omnibus
instancijs factis. Sententia ira mediante. decrevetamus Sententiam
Consulatus Civitatis nre Cedamen justam esse. et robur sum habere
debere. eamque quo ad omnia bona immobilia in civitate nra Cedamen
et extra videlicet sitta. que ad Georgium et Joannem Otenssos devoluta
sunt jure legitimo successionis. ut illi eadem ipsa bona omnia immobilia
integre habeant et retineant. confirmavimus et approbamus
et eandem sententiam nram Proconsuli et Consulibus Civitatis nre
Cedamen in execucionem pois mandamus. prout in literis decreti
inde desuper editis lacius continetur. Cum autem vi rerum nobis

Expositum deductum et probatum est predictus Georgius Strans cum ipsam sententiam nram coram Scabinis Gedanen prodnxisset et ab illis execucionem eius fieri postulasset. Ipsi Scabini tum demum decreuissent dictos Georgium et Joannem Strussos in medietatem fundorum in et extra ciuitatem Gedanen sitorum. qui super nomine prius eorum sint inscripti introducendos esse. Ceterum quidquid bonorum post obitum patris eorum mater ad se emit aut hereditario titulo seu nomine ad eam deuolutum sit. hoc in sortem maternam deuolui et computari debere. Ab hoc execucionis decreto Georgius Strauss ad Consulatum Gedanen iterato appellauit. qui quidem Consulatus hoc decreto nro nihil pronunciare aut declarare uolunt. ab eodemq; consulatu pro parte creditorum iterum ad nos appellatum fuerat. Vt quia uidelicet circa execucionem sentencie nre predicte ex generalibus uerbis eiusdem sentencie inter partes noua facultas exorta esset. Nos qui eandem sententiam protulerimus illam eciam et interpretare mur. Vocatis igitur nobis et recensitis actis priorum instanciarum diligenter. auditis eq; ac bene et debite ponderatis partium pro. positis et responsis in omnibus instancijs. et coram nobis factis sen. tenciam nram predictam taliter declarandum. et interpretandum duximus declarandam eq; et interpretamur hoc nro decreto medium. Quod uidelicet uerba generalia in eadem illa sentencia nra contenta intelligantur iuxta tenorem sentencie dissimiliter per Consulatum Gedanen in hac ipsa causa late. hoc est. quod bona immobilia in Ciuitate nra Gedanen et extra ubilibet sita. que ad Georgium et Joannem Strussos. post eorum patrem iure legitimi successionis deuoluta. et que super nomina patris eorum inscripta sunt. ut illi eadem ipsa bona omnia immobilia integre habeant. Ceterum quidquid bonorum post obitum patris. quod matrem eorum remansit. aut quod ipsa mater ad se emit. uel hereditario titulo seu nomine ad eam deuolutum est. hoc totum in sortem maternam computamus. et creditoribus predictis. dummodo debita

corum in judicio probent et legitimident adjudicamus. priores tamen esse declaramus Georgium et Joannem Strussos ad eadem bona immobilia materna. Dummodo ipsi debita omnia matris sue mista et ligmida. ac in judicio competenti ubi committitur probata. creditoribus integre, et cum effectu exolvant. Vobis igitur famatis proconsuli et consulibus. et scabinis civitatis nre Cedamen. mandamus pntibus. quatinus sententiam nram predictam in pta declaracionem et interpretacionem nram pntem et no aliter debite execucioni demandetis. pro gracia nra non aliter facturi. Dat Cracovie feria secunda post dominicam Reminiscere Anno domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio Regni vero nri anno vigesimo septimo.

Inscripcio octingentorum florenor in castro Buczniewa.

Sigismundus etc. Significamus tenore pntium quibus expedit universis. Quia cum iam pridem in temptam contulissemus generosis Nicolao et Joanni Nipcziczom de Barczewa fratribus germanis. propter eorum in nos et Rempublicam Regni nri merita Castrum. et oppidum nrum Buczniewa in terra Galicien et districtu Trebowlien situatum. ac quos ipsi fratres Nijpcziczowie octingentos florenos in mone. ta Cracovi nri. per triginta grossos computatos. quos nobilis Sigismundus

Nysbozski in dictis Castro et oppido Bnezmjewa habuit iuste et legitime sibi inscriptos. eidem Sigismundo de consensu nro et ex decreto Commissariorum nrorum numerassent ac reposuissent per alias literas nostras ipsis in dictis bonis inscriptas. comperien deinde dicti fratres Nyppezigowije dictum Castrum seu fortalicium Bnezmjewa partim vetustate. partim vero negligencia. priorum eius tenutariorum factum esse ad ruinam valde proclive. restauracionesq indigere obtulissent se prestaturos operam in instaurando ac de novo erigendo eodem Castro seu fortalicio Bnezmjewa. si eorum impendij quos ad hoc opus insumptum essent et insumerent. essemus eqiam racionem habituri. animadverten nos dictum fortalicium si debito modo extrueretur futurum utile et commodum pro conservacione illic subditorum nrorum. polliciti fuissemus dictis fratribus Nyppezigom. vt posteaqm idem fortalicium construerent deputatos nos illis esse Commissarios qui expensas necessarias ab illis insumptas expenderent et estimarent quas essemus illis ad alias summas pecuniarias in eodem fortalicio et oppido Bnezmjewa ac bonis ad illa pertinentibus assecuturi. quam pollicitacionem ntam dicti fratres Nyppezigowije. cum essent amplexi et ea ad prosequendum hoc simm institutum propensiores et concitatiores facti fortalicium nrm dictum Bnezmjewa suis impensis propriis construxissent et muniissent Commisimus Generosis Joanni Cola de Dalejow Castellano Galicien. et Nicolao Jsserzigki Contramerario Camenecen. vt idem fortalicium omniaqz eius edificia per ipsos fratres Nyppezige constructa collustrarent. et illa iuste taxarent. Significassentqz nobis hi ipsi Commissarij per literas suas cerum sigillis obsignatas se eadem edificia Castri seu fortalicij Bnezmjewa. impensa propria dictorum fratrum ligneaqz structura facta et erecta. ad octingentos florenos in moneta regni nostri per triginta grossos computatos estimasse et taxasse. Nos pro be:

nigritate nra Regia indemnitati eorundem frm Nyppezicze prospicere
volen tametsi inpta Regni niri statnfitm non consneverminb acceptare et alijs smmnib pecmiarijs in bonis nrib Regalibns inscriptis eoadnare et asscribere eas impensas qne pro ligneis edificijs et non invratis
Castrorum et fortaliciorum nrorum per eorum Tenitarios et Capitane:
os facte et insumpte sint. tamen Gaben in prospectu fidelia obsequia
et merita Sdictorum Nicolai et Joannis Nyppezigow fratrum germanorum
quibus se nobis a multis annis in servicijs nrib assidue existen plurimum
commendatos ac emeritos reddiderunt Nicolaus videlicet ipse in aula
nra continue obsequijs nrib studio indefesso fideliter incumbendo legacionegz neas apud diversos Reges et principes dextre et prudenter ebendo
Joannes vero adversus infideles in terris Russie et podolie continue ac strenue militando non tam propter hec edificia lignea in ipso fortalicio nro
Bnzmijewa per eos magno cotigz impendio facta qz pro fidelibus eorum ser:
vicijs Sdictis inscriptos octingentos florenos in moneta Regni nri per trigin:
ta grossos computatos. illis in et super eodem fortalicio nro Bnzmijewa
ac eius oppido et bonis ad illa pertinentibns que ut Smissum est in alijs
summis pecuniarum tenent obligata demonstrandos et inscribendos dominus. demonstrandosqz et inscribendos tenore presentium mediante per ipsos
Nicolaum et Joannem Nyppezicze et Successores eorum legittimos Sfatum
fortalicium et oppidum nrum Bnzmijewa cum bonis ad ea pertinentibz
cum omnibus et singulis eorum censibus fructibus proventibus redditibz
votilitatibus. et cum omni jure dominio et proprietate generi per Spem
non derogando et econtra. tenenda. fienda. obstrnenda quietegz et pacifice possidenda necz ad plenariam solucionem Sdictorum octingentorum
florenorum in moneta per triginta grossos computatorum et aliarum
summarum pecuniarium in eisdem bonis nris ipsis primis legittime
instegz inscriptarum. eisdemqz vel eorum Successoribus legittimis
per nos aut Successores nros faciendam. Quo facto Sdictorum
bonorum nrorum Bnzmijewa possessio ad nos et nros Successores

redibit et devolvetur pleno jure Juribus mis regalibus salvis.
Nichilominus semper in eisdem bonis remanentibus. Quarum testimonium presentibus quibus sigillum nrm est appensum. Datum Cracovie feria secunda proxima post dominicam Reminiscere. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nri Anno vigesimo septimo.

Rdo Reneren in christo patri domino Petri Episcopi Cracovien et Regni Polonie Vicecancellario.

Recognicio solute per Generosum Generinum Boner Zupparium Summe pecuniarie capitalis patrono et altariste altaris in ecclesia S. Marie Cracovien.

Sigismundus dei gra etc. Significamus etc Quia constituti personaliter coram nobis in arce nra Cracovien Jamatus Leonardus Jegelweder tunc proconsul ibm et consilium civitatis nre Cracovien nomine tanquam legittimorum patronorum altaris in ecclia parrochiali Cracovien sancte Marie in crucibus civitatis. Quib titulo civis

711

rio sissime assumpcionis in celum in capella Crabuss per Magnificum
et Famatos olim Andream de Coszyelicz Castellanum wislicien Regni
thesaurarium Joannem Regula et Joannem boner Consules predicte ciuitatis
Cracovien. executores testamenti Illustris quondam domine Machne
ducis Beatgiborien fundati animi et honorabilis Joannes de Lublin al:
laricista eiusdem altaris recognouerunt palam et expresse. quod Generos:
sus Generosus boner de Balycze. Castellanus Zarnowien ac Zuppa:
rius Magnus procurator et Burgrabius Cracowien. necnon Bijecen
Osswyancinsen. Zathorien. et Rapsteinen capitaneus. Trecentos flo
in moneta Regni nri per triginta grossos computatos pecunie principalis
pro quo census annuus octo marcarum monete et numeri Regni nri con:
sueti per ipsatos executores testamenti predicte ducis Machne Katiborien
in Zuppis nris Wyelicien in vim reemptionis pro memorato altari et
eius altaristis erat comparatus et obligatus. nro nomine in Storio
Cracowien in effectu integre reposuit. et ipsi proconsul consules et al;
laricista ipsius eosdem trecentos florenos ab ipso Generoso Generoso
boner Zuppario nro in effectu numerarunt tulerunt et perceperunt.
illumq; et alios Zupparios Zupparum ipsarum pro tempore existen
de eadem summa principali trecentorum florenorum et censu octo
Marcarum pro quolibet ratha temporis exoluto quietarunt et quietat
ac liberos faciunt inscripciones et obligaciones super ipsa scriptam bo:
nam principalem et eius censum videlicet habitas et factas cassando
et mortificando perpetuis temporibus et in eum. Quarum testimonio
Litterarum quibus sigillum nrum est appensum. Datum Cracowie feria tec:
cia proxima post dominicam Reminiscere Anno domini millesimo
quingentesimo trigesimo tercio. Regni nri anno vigesimo septimo.

Rb

Rendten in christo patris domini Petri Episcopi
Cracovien et Regni Polonie vicecancellarii

Litere quibus Mtas Regia recogno
scit se sexingentos florenos in domo
capidea cracovie inscriptos a Jerom:
mo Gchaffranijecz recepisse.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia tametsi Generosus Jheronimus Gchaffranijecz de Pyecekowaczkala Capitaneus Gan:
ezmen recognoverat coram Judicio nro Regali assessorio se debe:
re et teneri Magnifico olim Nicolao de Gchidlowiecz castella:
Gandomirien et Regni nri Tezaurario Gexingentos florenos
menete et numeri in Regno nro consuet veri et lignidi et mutuati
debiti illigs in eisdem Gexingentis floreni Domini filiarum sua:
rum. Anne Suzanne et Katherine hic Cracovie in platea sancti
Francisci seu fraternitatis sittam. morte Magnifice olim Katherine
de Tgelnijecz ad easdem filias suas devolutam per modum obligacionis
inscripserat. Quia tamen nos ex racione eum successoribus memo:
rati Magnifici olim Nicolai de Gchidlowijecz per nos facta compertis
Gdictos sexingentos florenos ipsi Generoso Jheronimo Gchaffranijecz
de pecunijs tesaurarie nri fuisse numeratos. illos cum pruinis
soluti et numerati sunt per eundem Jheronimum Gchaffranijecz
pro nobis et tesaurario nro rursus recepimus et leuauimus. de eisdem
eundem Jheronimum Gchaffranijecz ac Guccessores suos puti[bus]

q̃mittamus ac ꝓdictam dom̃m lapideam ab obligaciane cim̃smodi q̃ne
in illam illata fuerat ob debicionem eorundem debitorum florenor
absolvimus et liberam prorsus facimus cassan et nichilum redigen eam
ipsam obligacionem et inscripcionem per p̃nt̃es. ꝺ q̃ ad eorum q̃norum
interest noticiam deducimus et deduci volumus. Quarum q̃mbus si-
gillum nrm est appensum testimonio h̃arum. Dat̃ Cracovie feria
quarta ante dominicam Reminiscere. Anno dom̃i millesimo q̃n
gentesimo trigesimo tercio. Regni vero nri anno vigesimo septimo.

Quittancia Stamslai Gyenniczki Capitanei Liwensis.

Sigismundus &c.

Significamus etc. Quia Generosus Stamislaus Gyeniczki
Capitaneus et Exactor Liwen̄ in Ducatu nro Masovie fecit nobis
racionem de exactionibus et contribucionibus publicis anni mil-
lesimi q̃ningentesimi trigesimi primi Ratas dumtaxat. secundum eius
fidei post mortem Martini Czieczissowski commissis et positis
omnibus perceptis et distributis nichil prorsus ex ea racione ad
solvendum remansit. Preterea idem Stamislaus Gyenniczki
fecit nobis racionem de exactionibus et contribucionibus publicis

Anni proxime preteriti Millesimi qmingentesimi trigesimi
secundi Ratge vtrinbqz · in qua qmidem racione positis omnibus
preceptis et distribntis restant nobis per eum solnendi flo
triginta duo per triginta grossos computati grossi viginti sex
denar vnus. quos prefatus Exactor nobis solvere et adtge soven
nri reponere tenebitur · ad festum sancti Adalberti proxie
futurum vnacum retentis contribnciombus ratge vtriusqz
Ducilloruu vero a dominica Jnvocavit proxime preteriti
ad festum annunciacionis marie proxim · Quarum testimo
larum quibus sigillum nrum est impressum · Datum Cracovie
feria sexta proxima post dominicam Reminiscere Anno domini
Millesimo qmingentesimo trigesimo tercio Regni vero nri anno
vigesimo septimo.

Conservacio ad vitam in villa Czer:
mno Nobilis Barbare Spyrr:
schowska que condonavit Maiest
Regie partem Summe pecuniarie.

Sigismundus etc. Significamus tenore presti[u]m quibus

expedit vniversis. Quia nos animum pcibus quorundam Consiliariorum
nostrorum pro nobili Barbara Wyerussthowska relicta olim Nobilis
Raczlai quondam cognine agagistri Ieremissimi dine memorie prmci-
pis domini Alexandri Regis fratris germani et pdecessoris mri charissimi
nobis porrectis. eam ipsam barbaram pfatam in temita et possessione
ville nre czyrmno in terra Costinen sitte relinquendam et conser-
vandam duximus. relinquimusq; et conservamus Quarum serie trarum
ad extrema vite sue tempora. Ita q; ea vigente, nemini prorsus homi
num eiusdemq; status qualitatis et condicionis ip existat. villam
pdictam villa nra czyrmno exuere consencientis nec permitte-
mus successoresq; nri non consencient. nec permittent. Sed et negz nos
ipsi vnacum ipsis successoribus nris illam redimemus sed ad extre-
mum satisfi tempus eam in pdicta villa nra conservabimus.
ipsiq; successores nri conservabunt per prefatam barbaram Wyer-
ussthowska quamdiu ea vita stabitur. villam ipsam nram czyr-
mno cum omni iure dominio et proprietate. ac cum omnibus et
singulis censibus. proventibus obvencionibus. et pertinencijs vni-
versis ad eandem villam czyrmno ab antiquo spectantibus nullis
pro nobis exceptis et reservatis generalitati per specialitatem et spe-
cialitati per generalitatem non derogando. tenendam. habendam. visu-
endam. ac quiete et pacifice possidendam. Quequidem Barbara prefata
per se nobis coram nobis constituta. volens animus gracie nre ei facte
nam erga nos ostendere et recognoscere gratitudinem. ex sua sponta-
nea voluntate. remisit nobis et donavit medietatem summe tocius pe-
cuniarie immediate sequentis videlt mille quingentorum triginta
quinq; florenorum in moneta Regni nri per triginta grossos compu-
tatorum et grossorum sex quas in pnominata villa nra czyrmno
in plurib⁹ literis pfati Ieremissimi domini Alexandri Regis pdictus
Raczlaus maritus eiusdem barbare habuit sibi inscriptas. hoc est
remisit et donavit nobis pdicta Barbara florenos in moneta
per triginta grossos computatos septingentos septuaginta septem et

gressos decem octo. relignam vero medietatem de suprascripta summa principali ei resultantem. hoc est alios septingentos sexaginta septem florenos computatos et decem octo gressos precijt sibi et successoribus suis legittimis in prefata villa nra Cziwrmo inscribi. quam nos eidem Barbare et ipsis eius successoribus in dicta villa inscribendam duximus. et harum serie litterarum inscribimus priorebus omnes inscripciones et litteras tam memorati Ieronimi domini Alexandri Regis quam eciam quorumcumque aliorum predecessorum nostrorum super quibuscumque summis pecuniarijs. eidem Barbare seu mandato ipsius prefato ac eorum predecessoribus in ea ipsa villa nra Cziwrmo ex quacumque causa inscriptis editas et emanatas super predictam villam quolibet servientes ac vbilibet existentes cassavimus mortificamus et extinximus. prout illas cassamus mortificamus et extinguimus per presentes. cassavimus eciam et abrogamus. prout cassamus et abrogamus consensus nros quibuscumque personis vel persone ad eximendam eandem Barbaram de ipsis bonis nris predictis. per nos forsan vt nullum penitus possint consequi effectum. Ita quod decedente absque mandato prefata Barbara eademque summa septingentorum sexaginta septem florenorum per triginta grossos computatorum. vna cum decem octo grossis predicte Barbare legittimis successoribus per nos vel successores nros in effectu simul integre persoluta foret dicte ville nre Cziwrmo possessio ad nos successoresque nostros devolvi debebit, ac devolvetur. pleno jure. juribus nichilominus nris Regalibus salvis semper in ea ipsa villa prefata remanentibus. Harum testimonio literarum. quibus sigillum nrum est appensum. Datum Cracovie feria quinta proxima post dominicam Reminiscere que fuit tredecima mensis Marcij. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio Regni nri anno vigesimo septimo.

De mandato

A 716
709

Conservacio nobilium Jwkowskich in advocacia ville Jwkowa.

Sigismundus etc. Significamus ecc̄ Quia nos supplicacionibus quorundam consiliariorum nostrorum pro nobilibus Jacobo Jelice et Nicolao Jwkowskije possessoribus Scultecie in villa nra Jwkowa nobis factis benigne ammen. ipsos Jacobum Jelicem et Nicolaum in possessione ꝓdicte Scultecie in villa nra Jwkowa ad extrema illorum et eorum libet ipsorum vite tempora relinquimus et conservamus ac horum serie literarum conservamus sic ꝙ quem diu vixerint nemini prorsus subditorum nostrorum eorum seu alterius condicionis fuerit illos seu alterum alterum de ꝓdicta Scultecia redimere consencimus negz permittemus successoribusqz nri non consencient nec permittent. sed et negz nos ipsi illos redimemus. successoresqz nri non rediment. per ipsos Jacobum Jelicem et Nicolaum Jwkowskie ad extrema illorum et eorum ꝙ ipsorum vti prefertur vite tempora Scultetiam ꝓdictam in ea privilegium ipsorum Scultetiale sine quorumvis gravamine et iniuria moderni et pro tempore existentis dicte ville Jwkowa temporis tenendam habendam pacifice et quiete possidendam. post mortes vero ipsorum liberum erit nobis et successoribus nris de manibus successorum eorum eandem Scultetiam redimere aut cui voluerimus redimi permittere. Quarum quibus sigillu

nrm̃ est mi presssm̃ testimoniū brarm̃. Dat̃ Cracouie feria qsta
ante dominicam̃ oculi. Anno domini Millesimo qm̃gentesimo trige:
simo tercio. Regni nri anno vigesimo septimo.

Rō nt onp

Reformacio dotis et dotalicij Ge:
nerose katherine wrzessienn̄ska
per ipsius maritum facta.

Sigismundus etc. Significamus etc. Qm̃a in presencia
ma Regia personaliter constitutus Generosus Joannes wrze:
szyński de wrzessnya Gerebs. Recedendo a terris et districtibus
qm̃bus libere recognouit. Qm̃a in et sup̃er tota medietate sortis
sue oppidi wrzessnya. totiq; medietatibus locis ville bobolow
et medietatum villarum et hereditatum suarum hereditariarum
ostrow et Kuttgowo in Gnesnen et pisdren districtibus sitt. ac
in medietatibus pdiarum Allodiarum agrorum et curiarum
in ijsdem villis existencium sortis sue. Necnon sup̃er medietati
bus molendinorum suorum vnius equestris. et alterius aquatici
ante oppidum wrzessnya sitt et in tota sua curia. ibidem in wrzes:

nja · totaqꝫ ꝯppellectili domestica vigl · argento · auro · clenodijs vesti:
bus · eqis · eqrea pecoribus · pecudibusqꝫ · et generaliter ꝯper omnibꝫ
rebus domesticis · nigil excipiendo Generose Catherine consorti fine ꝯtrᵃ
filie olim Generosi Jacobi mobrch legittime · qmigentos florenos
monete et mmeri polonicalis per mediam ꝫpagenam compntatᵉ
rone dotis · et alios qmigentos florenos monete et mmeri polonical
per mediam sexagenam compntatis · racione veri et mssti dotalicij
in totum dedit donauit · inscripsit · dotauit et reformavit · dotaliciamꝫ
ac coram nitate nra secundum terrestrem consuetudinem resignauit
per eandem Catherinam eius consortem eadem bona supra expressa
sibi reformata et inscripta · cum omni jure et toto dominio omnibusqꝫ
utilitatibus et attinencijs · nil penitus ibidem excludendo · ita tamen
quod qualitas specialitati · et specialitas generalitati in nullo de:
roget · teneaq · gabeaq · vtiturneaq · et more ac jure aliarum refer:
macionum dnicis in regno nro polonie teneri et observari solitarum
pacifice ac qniete possidendi · quamquidem inscripcionem priꝰ re:
formatoriam coram nite mta Regia recognitam et factam · approbaꝫ
donumus et approbamus decernen ipsam robur firmitatis debite
obtinere per ptes · Quarum testimonio literarum qnibus insidem si:
gillum nrm est appensum · Datᵘ Cracovie feria secta post festum
annunciacionis beate Marie virginis Anno domini millesimo qui:
gentesimo tricesimo tercio · Regni nri · anno vigesimo septimo.

Reneren in chro patris domini petri
Epi Cracovien · et Regni polonie vicecancellarij

720

Decretum inter magistrum Nicolaum Crabus et colonos de villa Nowawyjesz.

Sigismundus etc. Significamus ecc̃. Quia cum orta fuis-
set coram nobis controuersia inter Venerabilem Magistrum Ni-
colaum Crabus plebanum ecclesie parroch̃ sancte Anne Craconien
ab vna. et Matthiam Stawowi cum ejus frem colonos nros de villa
Nowawyjesz. ante vicum cerdonum prope monasterium sancte Ma-
rie ni arena consisten parte ab altera occasione proprietatis
hereditarie seu perpetuitatis certi horti ibidem in villa nostra
Nowawyjesch existentis qui in alios minores hortos partitus
et dissceptus esse dicitur. quamquidem proprietatem hereditariam
seu jus perpetuitatis eius ipsius horti memorati Matthias Stawo-
wi cum ejus frater sibi legittime competere dicebant. asseren se in
possessione illius pacifica multos annos extitisse et plebano san-
cte Anne pro tempore existenti censum dum taxat annuu trium
marcarum pecunie de illo soluere consueuisse Quadverso do
ꝓnominatus magr nicolaus Crabus plebanus affirmans eum
hortum cum sua proprietate et jure perpetuitatis esse suum

et eccle sne ꝓdicte ipsos vero colonos locaticie dm tapat illm habiisse
prodncebat literas decreti per beremissimm olim kasimirm Regem
patrem et antecessorem nrm desyderatissimm. super eo ipso orto et pro
prietate illius proumlgati qno mediam idem hortus cum omni suo he:
reditario et perpetno jure ad jndicatus est eccle sancte Anne et pleba=
nus illius sncccssme. nos avditis parcmm proposicionibus et responsis
visisqz literis ꝓdictis per magistrm Nicolaum Crabus coram nobis
exhibitis eas ipsas literas in suo robore conservavimus et conservamus
decernimusqz et decernimus ptibus hortum ꝓdictum cum sua proprie
tate et jure perpetuitatis esse plebani eccle sancte Anne moderni
et eorumqz pro tempore existentis. possecqz plebanum ipsum eundem
ortum cui velit locare pro suo arbitrio. prefatis vero Mathie Sta=
wowi. et fratri ipsius. quandoquidem nullas literas seu munimenta
aut aliqua alia documenta coram nobis asserebant. quibus inte=
cionem suam probare potuissent. perpetuum silencium occasione
eiusdem horti ipsis imponimus. preterea quia ꝓfatus Magister Nico=
laus Crabus plebanus produxit coram nobis literas bone memorie
olim Alexandri Regis fratris et antecessoris nri quibus illius Monetas
censum Regium qui de illo eodem horto
solvebatur plebanis eccle sancte Anne indulsit et condonavit
ab eodemqz censu illos liberos fecit. Nos quoqz hanc libertate
ratam et gratam habeñ approbamus ratificamus et confirma=
mus approbamusqz ratificamus et confirmamus tenore ptm
mediante decernen illam robur debite sne firmitatis obtinere.
Quarum quibus sigillum nrm est appensum testimonio literarum
Datum Cracovie feria quinta ante dominicam letare. Anno
domini. millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nri
anno vigesimo septimo.

R. Co vt sup.

n.° 722

Consensus redimendi advocaciam in Swijantoslawicze.

Sigismundus dei gracia etc. Significamus tenore pntium
quibus expedit universis. Quia nos ammoti supplicacionibus
quorundam consiliariorum nostrorum pro nobili Stanislao Ja
rochoscz Cemitario ville nre Swiantoslawicze nobis factis ipsi
vt advocaciam eiusdem ville Swiantoslawicze eximere possit
de manibus nobilis Jacobi Grochowicki consensimus et admi
simus consentimusq et admittimus per pntes in summa pecu:
niaria in privilegio originali eiusdem advocacie iuste et legitte
emanato expressa citra eius augmentum et excessum per eund
Stanislaum Jarochowski. postequam illam exemerit ac ipsius
legittimos heredes et successores advocaciam dictam cum
omni jure dominio et proprietate alis iuxta vim et contiencia
privilegii eius originalis tenendam habendam vtifruendam
quiete et pacifice possidendam. ac de iure successorumq nrorum
consensu dandam donandam commutandam alienandam. et in suos
usus conq successorum vsus beneplacitus convertendam ratifi:
cantes ac approbantes pront ratificamus et approbamus pntibus
vendicionem dicte Advocacie. ipsi prefato moderno eius posses:
ri Jacobo Grochowicki vel eius successoribus absq nro et succes:
sorum nrorum consensu factam. perinde atq si a principio ad

emo vendicionem consensus ur vel ipsorum ꝙdecessorum vrorum ac
cessisset. et insuper volentes ꝙfato Stanislao Jarochowski propter emi
virtutem et in rebus agendis dexteritatem qua nobis est plurimum co-
mendatus graciam facere ampliorem ipsum in eadem advocacia ad
extrema vite sue tempora ita conservandꝙ esse duximus qꝙ eo viente
nulli omnino eximere illum consenciemus. nec permittemus. Successo-
ꝙ mri non consencient. negꝙ permittent. Sed et in verbo nro Regio pro-
nobis nostrisꝙ Successoribus permittimus. qꝙ eciam nos ipsi illum
ꝙdm viperit de ꝙdicta advocacia ad mensam nram Regiam non
redimemus. negꝙ ipsi Successores nri eum rediment. sed ipsum in
illa ꝙdm vitali omra pocietur conservabunt Juribus tamen nris
Regalibus nichilominus salvis semper in eadem advocacia remane-
tibus. In cuius rei testimonium presentibus ꝙmbus sigillum nrum est appensum testimonio lrar.
Datum Cracovie feria secunda proxima post dominicam letare. Anno
domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nrꝙ. Anno vige-
simo septimo.

Ra

Reneren in chro patris domini petri epi
Cracovien et Regni polonie vicecancellarii

Litere oppidanos Grabowien con-
cesse quibus abrogatur Brataro-
rum per capitaneum illic instituendum.

ſigiſmundus dei gra etc. Significamus tenore ꝓntium etc.
Quia cum quidam essent coram nobis oppidani nri Grabowien
de Capitaneo ſno Magnifico Andrea de oporow palatino
Lancicien. qui illic in oppido nro Grabow hanc constitucionem novam
fecisset. in eosdem imposuisset. vt ipsi in braxatoriis per eum illic edifi
catis cervisiam cogerent in eisdem coctione agna et lignis quę ipse in
hoc subministraret vterentur. ea lege. vt hij qui eiusmodi Braxato:
riis necnon agna et lignis per illum subministratis vterentur
a singulis coctumis Cermisie per vndecim grossos illi solvere debe:
rent et tenerentur. asseron hij ipsi Oppidani hanc constitucionem
esse sibi nimis gravem ac onerosam et qua ipsi minime indige:
rent. quandoquidem equos proprios haberent quibus ligna et
agnam necessariam adducere sibi possent. Quadverso vero
constitutus coram nobis Generosus filius pre:
fati palatini dixisset ipsum prem ſmum non alio animo et respe:
ctu ꝓdicta Braxatoria ibi edificasse et illam eandem constitu:
cionem fecisse quę ꝓntabat illis hoc modo commodari posse
Nos nolentes vt ꝓdicti oppidani nri graventur et aliqualiter novi
in eis constituatur submovendi censuimus submovemusque ac
tollimus et abrogamus per ꝓntes constitucionem ꝓdictam in eis
imposita. decernentes. vt raciones cognende cervisie ita illic
deinceps futuris temporibus observentur quemadmodum antehac
ab antiquo observabantur. hoc est vt non cogantur inviti ad
braxandam Cermisiam in braxatoriis ꝓdictis per capitaneum
edificatis. neque advtendum in braxatoriis agna et ligna
per illum subministrandis. Quapropter tibi Magnifico An:
dree de opporow palatino lancicien ꝓfato. moderno que et pro

tempore existenti Capitaneo seu Tenutario Grabowien mandamus. vt ipsos oppidanos nros Grabowien mpta hoc decretum nrm conservet als non agas eos ad Braxandam cermisiam in Brayatorijs per te edificatis neq; ad vtend aqua et lignis per te subministrandis nec ad solucione undecim gressorum tibi faciend. sed et neq; aliqua alia nova onera illis imponat. Et aliter non facias. Pro gracia nra. Quorum quibus sigillum nrm est appensum testimonio literarum. Datu Cracovie feria quarta ante dominicam letare. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nostri. Anno vigesimo septimo.

Rb nt sup

Consensus inscribendi censum annuum in bonis Barthochow et Nijedz vne

Sigismundus etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniversis. Quia nos amicum et supplicantis nobis quorundam Cancellariorum nrorum pro nobili Luca Barthoch: quoddam nobis factis Ipsi censum annuum conuenientem. in et super

726

bomis ſmis Hereditarijs videlicet medietate ville Bartkochow et integra villa nijedzwne in districtu Wradien bitt emẽgz persone vel persõis spiritualibus Regni nri pro quocunqz beneficio Ecclesiastico erecto vel demo erigendo pro centum Marcis in quamlibet marcarum quadraginta octo grossis computando. coram Judicibus quibuscunqz spiritualibus aut secularibus Garum vigore ad id ptatem Habituris vendere et resignare consensimus in vim tamen recompciois alo Nauvijdi: cui consentimusqz et admittimus pntibus per easdem personas Ecclesiasticas illius beneficij erecti ven erigendi pro tempore possessores qdictum Censum inxta condiciones inscripciois tollendz levandz asscribendz. Quemquidem censum isto modo asscribendz inribdicioni et immunitati Ecclie admittimus. vt pro eius repeticione et omni actione. ad forum Judicis Eccliji habeatur recursus volumus tamen qd idem Incas Bartkochowski. successoresqz eius debitam de qdictis bonis quociensciunqz opus fuerit bellicum faciant expedicionem. Harum quibus sigillum nrm est appensum testimonio litarum. Dat Cracovie feria quarta proxima post dominicam letare. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo tercio. Regni nri anno vigesimo septimo.

Reneren in Xpo patris domini petri
epi Craconien et Regni polonie Vicecancellarij

Inscripcio et obligacio villarum
infrascriptarum domino Joani

Choienski Episcopo Premoslien per Generosam Catherinam Oyrzanow: ska.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia constituta personaliter coram aytę nra Regia Generosa Catgermia de Boglewicze relicta Generosi olim Joannis Oyrzanowski pincerne Lyvien. et Capitanei Varschowien. Nunc vero consoro Generosi petri Gormoki Capitanei nri Cziechanowien. cum eodem petro marito suo sibi ad infrascripta consenciente. sponte libere. et matura deliberacione Ghabita recognouit expresse. Quia sencions se gravatam esse nonnullis summis ab amicis suis multo acceptis. quas ad acquirenda et coemenda bona Oyrzanow Zelechow. cum alys ad ea pertinentibus villis exposuit. Volentes eidem amicis suis huiusmodi summas multo ab eis acceptas solvere. et vicissim quod debet debere. Summa decem millium florenorum in moneta per triginta grossos monete polonice. a Venerendo domino Joanne Choienski Episcopo premisliensi de mutuo recepisse confessa est. Quam summam eidem se solutu: ram hinc ad decem octo septimarum decursum inscribit et obligavit. et nichilominus volens ipsum pro eadem summa securum et indemnem reddere eidem domino Joanni Episcopo premisliensi bona sua infrascripta videlicet villas Oyrzanow. Zelechow. Zarambi. Kalieno. Wiesiola Wolia Zaliessije. et Wssoli desertam in districtu Varschowien. seu

Tharczmen consistentes in summa predicta decem millium florenorum
vt vnperius est expressum numeratorum inscripsit. vendidit. et
resignauit. inscribitq; vendit. et resignat harum serie literarum in
vim reempcionis hinc ad decem octo septimanarum a data presen-
ciarum computandarum decursum. Si vero summam hujusmodi decem
millium florenorum infra tempus vnpra expressum. hoc est ad dec
octo septimanarum decursum predicto domino episcopo non solverit
bonaq; sua superius expressa de manibus eius non eliberaverit. &
tunc ille dominus epus. et sui successores. seu ille. cui ipse jus sum
ex presenti inscripcione sibi competens inscripserit. et in quem illud
transferre et transfundere voluerit. bona superius expressa titulo
perpetuo obtinebit. et eorum verus et legittimus ac perpetuus
heres et dominus efficietur ipso facto. Nec licebit vlterius lapsis
decem octo septimanis ipsi katherine vel eius successoribus redimere
re bona vnperius expressa de manibus ipsius domini episcopi
vel eius successorum. quorum bonorum heredes legittimi et per-
petui assicientur ab defectum redempcionis illarum infra tempus
illis concessum vnperius expressum. per eumd Reueren dum Jo-
annem epum villas vnperius expressas. cum eo omni et pleno
jure. pront ipsas eadem Catherina hactenus. tenuit. habuit. et possedit
et cum omnibus illarum vtilitatibus. redditibus. censibus. attinen-
cijs. et pertinencijs vniversis nichil excipiendo. et nichil pro se reservan
ac vta late longe et circumferenciabr pront in se consistit. et in suis
metis et limitibus sunt distincte et limitate tenen. haben. vtifruen
possiden pacifice et quiete. Necnon dumq; donandum vendendum
obligan. inscriben. permutandq; alienandum. et in suos suorumq;
successorum vsus beneplacitos convertendi. pront sibi. suisq; legittimis
successoribus melius et vtilius videbitur expedire. et debet. tenebr

ipsa katgerina Cormbta · ipsinbgz bncecssores tenebmtur pfatum domi
num 2 epm einbgz bncecssores in bonis pdictis tueri · intercedere · evincere
eliberare, ac vbigz indempnem reddere · ab omnibus impedimentis et
impeticionibus Juridicis ab omnibus personis statis et scpns emnibus · put
ad alignam personam terrestris pscripcio pertinet secmdm formam
Juris et terre consuetudinem · omnibus pscripciombus renunncciando bnb
damnis terrestribus ad bmplicem assercionem ipsius domini Episcopi
vel eius bncecssorum abbgz iuramento corporali extmandis · Et iam
expmnc ipsa Generosa Catgerina Cormbta · dedit · et admisit · datgz et ad:
mittit pfato domino Epo · eisbgz bncecssoribus · temtam et possebionc
pacificam in bona superius expressa · per ministerialem terrestrem terre:
illius per nos sibi de jure Additum · Quambgmidem inscripcionem
et resignacionem · vt pfertur coram nobis factam · Nos ratam et gratam
Gaben admittimus ipsamgz ratificamus · et approbamus · ratificambgz
et approbamus · ac ipsam robur firmitatis debite obtinere decernimus
per pntes · Garum testimonio brarum qubus in fidem sigillum nrm
est appensum · Actum et Datt Cracovie · Gabbato die festi Sancti Jgome
pli · Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo secundo Regni nri
Anno vigesimo secto.

R[egia] Reneren in chro patris et dom petri dpt
Cracovien et Regni palatine vicecancellarii

Alia inscripcio seu obligacio m
mille florems domino Episcopo
Premislien bonorum infrascriptor

Sigismundus. etc. Significamus tenore presencium quibus expedit
vniversis. Quod cum noticiam habeamus. Quia Generosa katherina
de klivow relicta Generosi olim Joannis Oyrzanowski. Capitanei
Warschoviens. nunc vero consors Generosi petri Gornicki Capitanei
Rzeczanoviens. habens secum eundem petrum maritum suum sibi
ad infrascripta consencientem sponte libere. et animo deliberato
per expressum recognoscit. Quia cupiens satisfacere Reuerendo do-
Joanni Choienski Epo premislien sincere nobis dilecto pro resi-
tate summe sibi debite. quam illi in alijs bonis suis inscribere
non potuit. ipsum pro eadem summa residua vigt mille florenos
in moneta per triginta grossos numeratorum ab ipso in mutuum
receptorum indemnem reddere. volens eosdem mille florenos in et
super bonis suis. Wijerzbno. Czierpiatghi. Jaworek. Zijmnawoda
als dobrzesnija in terra lijwen consisten modo obligatorio in
scripsit et obligauit. prout inscribit et obligat quarum serie tenarum
ac sibi in eadem summa mille florenorum. Temitam et possi-
sionem bonorum ipsatorum. iam exnunc dat et admittit

per ministerialem terrestrem livensem per nos sibi de jure additum qne
sibi duxerit eligendum per eundem dominum Joannem Episcopm
et ipsius legitimos successores cosqs quibus presentem suam inscripcio-
nem seu obligacionem in toto vel in parte inscripserit bona inperm o
expressa in summa mille florenorum a festo Natiuitatis Christi pro-
ximo ad alium festum simile Natiuitatis Xri et sic consequenter ab uno
festo Natiuitatis Xpi ad alia festa esse sequencia alt ab uno festo
in alium annum cum omni jure dominio et proprietate omnibusqs illo-
rum attinenciis et fructibus ac proventibus universis nichil excipiendo
et nichil pro se reservando tenen habend possidend pacifice et quiete
nec non dandum donandum vendend permutandum inscribendum
obligandum et in suos suorumqs successorum usus beneplacito
convertend prout sibi et suis successoribus melius et utilius visum
fuerit expedire et debet tenebitur qs eadem hatgerius ipsiusqs succes-
sores tenebuntur prefatum Reuerendum dominum Epm tueri occon
missorum ipsumqs ab omni impeticione iuridica et omnibus im-
pedimentis expedire eripere liberare expedire et ubiqs indemnem reddere
prout ad alignam personam terrestrem prescripcio pertinet omnia
prescripcione ipsius pro premissis evadendo sub damnis terrestribus
ad simplicem assercionem suis corporali cum iuramento extimandis.
Quamquidem recognicionem et inscripcionem ut offertur coram nobis
factam nos Ratham et gratam habentes approbamus et ratificamus
approbamusqs et ratificamus decernen ipsam robur firmitatis debite
obtinere per presentes. Harum testimonio literarum quibus in fidem sigil
lum nrum est appensum. Actum et datum Cracovie sabbato die festo
Sancti Thome Apli. Anno domini M° CCCC° Regni nri CCCvij°

Petrus epus et
vicecancellarius

Ro. ut supra

732

Inscripcio Summe Mille florenorū per dominum Episcopum Premisliēn Generoso Petro Gorinski in bomo infrascriptis.

Sigismundus etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis harum noticiam habituris. Quia coram Maiestate nra Regia. personalr constitutus Reveren dominus Joannes Chojeński Epūs premisliēn sincere nobis dilectus. sponte et libere recognovit. Quia propter singularem amorem sincerum quem habet erga Generosum petrum Gorinski Capitaneum nrum Czechanowiēn consanguineum suum tum eciam propter eius de se benemerita eidem petro Gorinski summam mille florenorum in moneta per triginta grossos quemlibet florenum numerando sibi per Generosam katherinam de Bogdanicze relictam Generosi olim Joannis Ojrzanowski sincerne dilecten et Capitanei warschowien nunc vero consortem ipsius petri Gorinski super bonis et villis suis Wyerzbno Czierpiatghi Jaworek Simmanowoda alo Dobrzessinja in terra Lubien consisten. modo obligatorio inscriptam

et resignatam ac omme Jns smm qnod sibi ad smmam et villas prme
expressas necnon ad tricionem illarum simul cum ea ipsa tricione vigore
hmodi inscripcionis sibi vt preferur per ipam Katgerinam facte.
dedit donavit inscripsit resignavit transmisit et transfundit prout dat. do-
nat inscribit resignat transfert et transfundit ac sibi de eisdem bonis et sum:
nia predicta mille florenorum in illis inscripta exnunc condescendit
nl jnris dominij et proprietatis in bonis et summa hdicta pro se vol
snis successoribus reservan. et nichil penitus excipien. sed cum omni ple:
no Jure dominio et proprietate. prout solus tenuit habuit et possedit
et prout in originali inscripcione eidem domino tho per ipsam Katge:
rinam facta plenius extat scriptum per eundem Generosum petrum
Gormshi ipsiusq legitimos successores bona et summas supernis ex:
pressas tenen habeñ. vtifrnen. possidéñ pacifice et quiete. Necnon dmq
donandq. permutañ. vendendq alienañ. et in snos suorumq successorn
vsus beneplacitos convertén. prout sibi et snis successoribus melius
et vtilius videbitur expedire. et iam exnunc ipse dominus Episcopus
dedit et admisit. datq et admittit hfato petro Gormshi tenutam et possess:
sionem pacificam et actualem in villas et summam superius expressam
debetq et tenebitur ipse dominus Epus secundum formam et tenorem
tricionis hdictam Katgerinam sibi inscripte prefatum petrum Gormshi
